

riſiter de tantis m yſteriis nugantur. Atqui lex Dei  
vetat ne fœmina vel ipsum ſolum viri veſtimen-  
tum induat, nedium vt ſe in illius ſpeciem tranſfor-  
met, Deuter.22. 3 Deinde de vtrinque longi-  
tudine & latitudine & locali diſfuſione plasphemè  
ſentiunt. 4 Astrologia iudiciaria, Magia & va-  
riis incantationibus vtuntur, per quas futura ſe pre-  
nuntiare affirmant, quanquam maniſtissimè de-  
prehendantur mentiri. 5 Aquam tanquam Deū  
adorant. Epiphan. itemque duas quafdem fœmi-  
nas sanctè vt deas colunt, quarum vniſ nomē fuit  
Marthus: alterius Marthana, quarum pedum pulue-  
rem & ſaliuæ ſcreatum feruant & colunt, vti Papi-  
ſtæ reliquias ſuorū sanctorum, per quæ ſe morbis  
multis mederi dicunt. Fuerunt autem Elcesai co-  
gnatæ, vt quidam volūt: vt alij verò, ſcor̄ta. 6 Ne  
gant peccare eos qui perſecutionis tempore fidem  
Christianam negant vel eiurant. Aduersus quem  
errorē accuratè diſputauit Origenes eūmque con-  
ſutauit, quemadmodum etiam à Christo dñmatur  
Matth.10.ver.33. & à Paulo Rom.10.ver.10. Dixit  
autem & ſensit hoc Elcesai propter perſecutiones  
acerbiſſimas à Iul. Maximino Imperatore Roman.  
excitatas, in quas incidit, & qua in terrore percul-  
sus hoc ſuum dogma finxit, vt ſibi in abnegatione  
Christi faceret delicias, & impunitatem conce-  
deret. 7 Librum quendam Apocryphum à ſe  
conſcriptum tantopere commendant, vt ex eius  
vel ſola electione omnium peccatorum remiſſio-  
ne in nobis obtineri contendant, non tātūm fidē  
& doctrinam percipi. Hæc autem inſanorum iſto-  
rum deliria fuerunt.